



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Equus Fluvialis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Addunt nonnulli, laceisum injuriis hominem, neque tamen succumbentem aut victum, per Crocodili tergus significari? propterea quod id superne corticosum adeo sit, ut contra omnem idum, invictum habeatur. De vigore vero ejus elanguescente, si quis eum penna Ibis demulceat *Plin. 8 d* mitigetque, in Ibis commendario dictum est loco suo. Apud Horum invenias Vespam supervolitantem Crocodilo indicium esse, vel ipsius animalis sanguinem corruptum, vel Crocodilum mortuum: Vespera enim ex putrefactis oritur cadaveribus. Verum id quoque mystice, cum mala ea que per Crocodilum significantur, indicare vellent, facta jam mitiora vel omnino sublata: aliter frigida, & inanis ea esset interpretatio.

ÆGYPTUS. CAP. XIII.

Crocodilus catena religatus ad palmam, in areis plerisque numis habetur, cum inscriptione; COL. ÆG. Colonia Ægyptus. Ab altera facie duo sunt humana capita, quorum alterum ad Orientem spectat navali corona insignis: litera superne sunt, I M P. ubi nimirum per Crocodilum ipsa significatur Ægyptus. Quod vero sit religatus ad palmam, Augusti omnino victoriam ostendit, quam etiam in obelisco campi Martii notari jussit, Ægypto in ditionem redacta. Duo illa capita Augusti unum, alterum Agrippæ esse crediderim, de quo Virgil.

Tempora navali fulgent rostrata corona,

In alio Augusti numo argenteo Crocodilus, est, supra quem scriptum, ÆGYPTO infra CAPTA. ab altera facie Augusti caput, cum circumductis literis, CÆSAR DIVI F. COS. VI. Et pictor Nealces, cujus meminit Plinius, cum prælium navale Ægyptiorum & Perfarum pinxisset, quod in Nilo, cujus aqua est mari similis, factum volebat intelligi, hieroglyphico apertissimo hoc declaravit, quod arte non poterat: A sellum enim in litore bibentem, *ἰππὸς πίνοντα* pinxit, & Crocodilum insidiantem. Est & numus L. ÆL. AVREL. COMMOD. ubi Commodus ipse sub Herculis imagine pede dextero Crocodilum calcat, laeva clavam sustentat, dextera Ægypto sitrum prætendenti spicas porrigit. Inscriptio declarat, INDULGENTIÆ AUG. Atque hæc de Crocodilo dicta sufficiant.

*Enid. l. 9.
August. nu-
mus, & Co-
modi.*

DE FLUVIALI EQUO. CAP. XIV.

Plurimum verofecum affert impietatis improbus ingratusque Hippotami animus: qui nulla genitorem reverentia prosequitur, & alienis bonis diripiendis natura promptissimus existit.

IMPIETAS. CAP. XV.

Merito enim Ægyptii Sacerdotes cum impium, cum ingratum, cum injustum quempiam notare esse declinanda, totaque animi fortitudine suppressenda, duas ejus animalis ungulas deorsum inverfas facere consueverunt: si quidem is ac ineunte statim adolescentia patri incipit infestus esse, tentatque, si possit eum decertando superare, quem sæpe in pugnam provocat: quod si acciderit ut victor evadat, matris coitum afficiat, vita patri cõdonata: sin victus aut cohibitus à patre fuerit, neque tam scelerati voti compos fieri poterit, perdurante tamen pravitate tanisper conatù differt, donec adolescat, factusque jam robustior atque validior deteriorè aetate factum patrem invadit, sædissimamque necatum petulantissimè dilaniat. Inverfas igitur ungulas eas ideo statuebant: ut qui rem spectarent, quid illæ sibi vellent commonefacti, propensiores fierent ad pietatem.

PIETAS IMPIETATI PRÆFERENDA.

CAP. XVI.

Id quod tanta apud eos cura fuit, ut Principum scepra & iustissimo di pleraque insignia, atque gestamina & monumenta, ar-



Equi fluvialis impietas.